

Crete, quod fatiant dicta castra reparari, et reduci in termino, quod stent cum securitate, faciendo fieri quam minores expensis poterunt de bonis nostri communis. 4

8

Περὶ διορισμοῦ 45 σεργεντῶν πρὸς φρουρήσιν τοῦ Χάνδακος ἀντὶ τῶν ἑξ, τοῦ λοιποῦ οἱ κάτοικοι οὐδεμίαν θὰ ἔχωσιν ὑποχρέωσιν φρουρήσεως, πλὴν ἐν περιπτώσει κινδύνου. Ἡ μισθοδοσία τῶν σεργεντῶν τούτων θὰ βαρύνῃ πάντας τοὺς πολίτας. 1363, Ἰουνίου 8.

F^o 17^{to} Capta. Cum multe extorsiones continue fiant illis qui habitant in burgo Candide, occasione custodiarum, que sunt causa faciendi multos recedere et ire habitatum alibi, et bonum sit prouidere super hoc, ut detur causa, quod burgus sit bene habitatus; uadit pars quod sicut in dicto burgo sunt sex sergentes ad custodiam, qui habeant yperpera duo in mense pro quolibet; ita sint et accipiantur sergentes quadraginta quinque computatis, in hijs dictis sex qui omnes sint, cum dicto pretio pro quolibet eorum, et cum ista conditione uidelicet, quod ex nunc sit captum, pro bono dicti burgi quod omnes habitatores dicti loci, sint absoluti, a custodijs fiendis decetero saluo casu maxime necessitatis, uerum teneantur soluere inter eos, pretium uel soldum dictorum sergentorum, et mandetur duche et consiliarijs Crete, quod pro adimplenda intentione predicta, obseruent, illos modos et ordines qui sibi uidebuntur, ita quod nullus habeat causam querelle, et quod commune nostrum, occasione predicta, nulla onera sentiat uel expensis. 13

9

Περὶ δημοπρασίας τῶν τεσσάρων φυλακῶν, τὸ προῖόν τῆς ὁποίας εἰσέρχεται εἰς τὸ ταμεῖον τῆς κοινότητος. 1363, Ἰουνίου 8.

F^o 17^{to} Capta. Quod mandetur duche et consiliarijs Crete presentibus et futuris, quod carceres quatuor qui sunt ibi, faciant decetero incantari cum illo ordine, modo et conditionibus tam in facto plezariarum, quam aliter, qui eis uidebuntur, pro bono nostri communis, et illa pecunia, que ex inde habebitur ueniat in commune. 4

10

Δυνάμει τῆς παραχωρήσεως τῆς Κρήτης εἰς τιμαριούχους, οὗτοι εἶχον τὴν ὑποχρέωσιν νὰ ὑπερασπίζωσι καὶ φρουρῶσι τὴν νῆσον. Πρὸς φρουρήσιν τῶν Τούρκων διορίζονται καπετάνοι ἀμειβόμενοι ὑπὸ τῆς κοινότητος. Διατάσσονται ὁ δούξ καὶ οἱ σύμβουλοι, ὅπως αἱ φρουρήσεις τηρῶνται κατὰ τρόπον ἰσότητος. 1363, Ἰουνίου 8.

F^o 17^{to} Capta. Cum pheudati Candide, teneantur per formam concessionis deffendere, guarentare et custodire insulam. Et pro custodia Turchorum, fiant aliqua capita, uel capitanei, cum salario yperperorum XIII in mense, uel circa, que pecunia, soluitur per nostrum commune, quod non est conueniens; uadit pars quod dece-